Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



27

prouidentiā corporum uma protegitur: & rursus p moderatam cordis intentionē non impedit. Capilli in capite sacerdotis & seruantur ut cutem cooperiant. & resecantur ne oculos claudant.

Inter hec necesse ē ut rector solleter in uigilet. ne hunc cupido placendi hominib pulset. ne cum studio se interiora penetrat. cum prouide exteriora subministrat. se magis a subditis diligi quā ueritatē querat. ne cum bonis actibus fultus amundo uideat alienus. hunc auctori reddat externeum amor suus; Nhostis namq; redemptoris ē qui per recta opera que facit eius uita ab ecclesia amari concupiscit. quia adulterine cogitationis reus ē. si placere puer sponse oculis appetit. per quē sponsus dona transmisit. quinimirum amor pprius cum rectoris mentē cepit. aliquando hanc in ordinate ad mollitiem. aliquando uero ad asperitatem rapit. E x amore & eni suo mens rectoris in mollitiem uertit. quia cum peccantes subditos respicit. ne erga hunc eorum dilectio torpeat corripere ñ presumit. nonnumquā uero errata subditorū que increpare debuerat adulationib demulcet. Unde bene p prophetam dicit. Ve his qui consuunt pulullos sub omni cubito. & faciunt ceruicalia sub capite uniuerse etatis ad capiendas animas. Pulullos quippe sub omni cubito manus ē ponere cadentes a sua rectitudine animas.

in ezechiel.